Index Operarum, In Academia Christian-Albertina, Proximo Semestri Spatio absolutarum, et hoc aestiuo tempore vsque ad festum diem Michaelis MDCCXXXI. impendendarum

---

Terms and Conditions / Publikationserlaubnis

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel“ zu zitieren.
Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel“ als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.
Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

Terms of use for the Digital Collections

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.

Publication regulations
Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library’s consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient’s obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line “Kiel University Library”.

When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library“ is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.

Contact:
Universitaetsbibliothek Kiel
Leibnizstr. 9

24118 Kiel
Germany
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de

58

Archiv IV 272 - 2

Fich 591-2

AFich 591-2

Indices lectionum
Kiloniensium
1714/15-50
Bd. II

1.942

631

Hanc collectionem
indicum operarum academicarum
ab a. 1714. usque ad a. 1738. Mich.,
quo sibi concredita fuit
bibliotheca academica
cura,
operose factam
eidem donauit
hincque continuauit
M. Jo. Christoph. Hennings
Phys. ac Metaph. P.P.O. & biblioth. acad. pf.

1721 [illegible]

[illegible] 1725 [illegible]

Frisl Hefn [illegible]
1721

1721 Aug.

1725 [illegible]

1722 Sept. Oct. Nov.
1730 usq. revocatus

1738 [illegible]

INDEX OPERARUM,

IN ACADEMIA

CHRISTIAN-ALBERTINA,

PROXIMO SEMESTRI SPATIO
abſolutarum,

et

hoc aeſtiuo tempore vsque ad feſtum diem Michaelis CIƆ IƆCC XXXI.

impendendarum.

KILIAE,
Litteris Viduae Nicol. Lüders, Acad. Typogr.

EX ORDINE THEOLOGICO.

D. HENRICVS MVHLIVS, Pro-Cancellarius ac Profeſſor Primarius, ſemeſtri hocce aeſtiuo ſerio ſeduloque id aget, vt coeptam nuper, difficilique pedum morbo valde turbatam ac impeditam, ſelectiores huius aetatis de Scriptis Symbolicis controuerſias publice ediſſerendi telam propediem pertexat; tum nec illa, quae velut erronea prorſusque indecora, ſiue hiſtorica ac critica, ſiue Theologica ſint, Auguſtanae ſigillatim Confeſſioni eiusque Apologiae paſſim ac ſubinde ſolent imputari, et ſaepe ſatis acerbe notari, penitus omittat, vel intempeſtiue etiam praetereat. Iſthoc vero negotio, pro eo ac par eſt, expedito, ſine mora ad explanandam ac illuſtrandam ſanctionem vel Ordinationem noſtram Eccleſiaſticam, promiſſi haud immemor, adgredietur, ſicque rationem inibit, vt, quicquid ad ſtatum ſacrorum in hisce Ducatibus et priſcum et recentiorem noſcendum luculentiusque intelligendum pertinere, vel adiumenti aliquid momentique adferre poſſit, immo quod et vſu tractationeque harum rerum per ipſos triginta et quatuor annos conſecutus eſt, volente propitio Numine promte et largiter ſuppeditet. Docet publice ab hora X.

MARTINVS FRISIVS, SS. Theol. Doctor, eiusdemque Prof. Publ. ordin. exegeſin ſacram, quae neruus eſt et fundamentum totius Theologiae, omni modo illuſtrabit, ſpeciatim autem hoc tempore in harmonia Io. Reinh. Ruſii amplius ampliusque diiudicanda occupatus erit, pariterque litteras poſteriores ad Eccleſiam Corinthiacam datas in ſcopo ſuo, nexu, iuſtisque verborum et phraſium adplicationibus, porro explanabit. Priuatim quoque ſuo nunquam deerit officio. In omnibus autem ſuas inprimis huc conferet cogitationes, vt

)(2 ad

ad DEI gloriam, et Eccleſiae commodum, ringentibus etiam ac frementibus ciuitatis DEI hoſtibus, aſſiduiſſimè, DEO duce, adtendat. Docet publicè hora XI.

PAVLVS FRIDERICVS OPITIVS, SS. Theol. Graec. et Orientt. Lingg. Prof. Publ. Ordinarius, finitis ſuis in *Eſaiam* recitationibus, per inſtans ſemeſtre ſpatium ſuauiſſimum illud *Salomonis Canticum*, in quo ſponſi animarum noſtrarum Chriſti, ſponſaeque eius Eccleſiae et ſanctae cuiusuis animae, coeleſti flagrantes igne amores depinguntur, vberioribus commentationibus illuſtrabit. Privatis ſcholis tradidit *fundamenta Linguae Hebraicae*, idemque ſaxum tribus quotidie horis rogatu Nobiliſſimorum iuuenum, qui nuper demum ad nos acceſſerunt, ea, qua par eſt, fide induſtriaque voluet, non defuturus illorum etiam deſideriis, qui vel in *Theologia dogmatica*, vel *aliis* vtriusque muneris ſui *partibus* ſuam requirent operam. Docet publice hora poſt meridiem IIItia.

EX ORDINE IVRIDICO.

D. FRANC. ERNEST. VOGT publice hoc ſemeſtri proceſſum forenſem, ad ductum Ordinationis, quae Iudicio Prouinciali in his Ducatibus eſt praeſcripta, exponet et ſuccinctis annotationibus illuſtrabit, priuatim vero Ius Ciuile Romano-Germanicum explicabit. Docet publice ab hora XI.

D. FRIDERICH GOTTLIEB STRVVE, REGIAE CELSITVDINIS Conſiliarius, Profeſſ. Pand. Jur. Canon. et Praxeos. Explicationem Pandectarum, quam hactenus, iuxta ductum Compendii Lauterbachiani, continuauit, proxime abſoluet. Quo labore exantlato, *Poſitiones* ſuas *Juris Canonici* atque *Eccleſiaſtici*, quas ſuperiori anno typis publicis conſignari curauit, publice *hora X.* praelegendas ſuſcipiet. In priua-

D. 31

priuatis quoque horis explicationi Pandectarum et reliquis iuris partibus ſedulo incumbet.

IO. ZACH. HARTMANNVS, ante meridiem hora VIII. Ius Publicum Romano-Germanicum, hora IX. Inſtitutiones Iuſtinianeas, hora XI. Hiſtoriam Legum Imperii publicarum explicat. Poſt meridiem hora IV. Ius publicum Rom. Germanicum et hora V. Ius Eccleſiaſticum exponit. Hora III. autem, quae publica eſt, Inſtitutiones Iuris Romani Ciuilis interpretatur.

EX ORDINE MEDICO.

D. CAROLVS FRIDERICVS Luther, Conſiliarius Iuſtitiae et Archiater Ducalis, Medicinae Profeſſor Ordinarius, Facultatis ſuae h. t. Decanus, et Collegii Chirurgorum Praeſes, Aulam propediem ſecuturus, Lectionibus conſuetis, quibus, finita *de Materia Medica* doctrina, *Ichnographiam Praxeos Medicae ſuccincte delineare* ſecum conſtituerat, per inſtans aeſtiuum ſemeſtre vacare non poterit. Interea, ne penitus Operae Medicae langueant, D. Wilhelmum Henr. Waldſchmiedt, Facultatis Medicae Aſſeſſorem, ſibi legauit, vt officio *demonſtrationum Botanicarum* in Horto Medico fungatur: id quod ſingulis Mercurii et Saturni diebus expediet, horas demonſtrationibus deſtinatas è tabula publica tempeſtiue indicaturus.

EX ORDINE PHILOSOPHICO.

SEBASTIANVS KORTHOLTVS, Eloquent. et Poetic. Prof. ordinar. atque h. t. Collegii Philoſophici Decanus, et Academiae PRO-RECTOR, ſuperiori tempore hiemali recenſionem vitae, meritorum, et ſcriptorum pie defuncti Re-

ctoris, vicarii W. H. WALDSCHMIDII, nomine publico edidit; habitaque oratione: *de Praefectis doctarum ciuitatium cum faſcibus ſuis funere magnifico elatis*, magiſtratum Academicum proxime iniuit. Quin etiam in auditorio philoſophico *Georgica Virgilii*, ſcriptoris perfectiſſimi, et polyhiſtoris incluti Ioannis *Schefferi* commentationem *de ſtilo* nouis obſeruationibus ſuis, aliisque nondum diuulgatis, pro virili parte illuſtrauit. Nec ſolum menſe Decembri anni proximi, eius auſpicio, induſtrius cultor philoſophiae morum et iuris Romani orauit: *de neceſſario nexu Philoſophiae Moralis cum Iurisprudentia Ciuili*, ſed ipſe etiam, nomine totius Academiae, diem natalem quartum Regii celſiſſimique Principis hereditarii CAROLI PETRI VLRICI, recitata oratione: *de optima Principem teneriorem inſtituendi ratione*, menſe Februario ſolemni ritu celebrauit. Nunc varia locupletandae poliendaeque orationis et Latinae et Germanicae adiumenta et ſubſidia minimum domi perget tradere, et numquam deerit publice oraturis, aut diſſerturis. Docet propalam ab hora III.

n.n.31,216.

NICOLAVS MöLLERVS, Ordinis ſui Senior & Profeſſor Honorarius, DEO coeptis annuente id operam dabit ſedulo, vt promiſſo nunc tandem pro virili parte fiat ſatis.

FRID. GENTZKE, Phil. prim. et artis ratiocinandi Prof. ord. anno proxime elapſo ferme omnes ſyſtematis philoſophici partes abſoluit, ſibique in recitationibus publicis diſciplinas *inſtrumentales*, priuatis autem *practicas* noviſſime aduenientibus proponere conſtituit. Ceterum obſeruationes *Phyſicam* illuſtrantes typis exprimi curauit. Docet hora poſt meridiem IIda.

FRIDERICVS KOSIVS, Mathematum Prof. verſatus hac hieme potiſſimum in *Geometria*, expoſuit Linearum et Superficie-

ficierum rationes: quibus confectis accedet ad Solidorum dimenſiones, et theoriae legibus exercitia practica ſuo tempore junget. Dum in hoc erit priuatim: inſtituet publice denuo curſum per vniuerſam Matheſin, ſed eas praecipue partes illius luſtrabit, quae plerisque vtiles eſſe poterunt, et praecepta, quae de ſingulis tradet ſuccincte, in calamum dictabit: praetereaque nemini non pro officii ratione commodabit operam ſuam, qui eam alias forte expetet. Docet publice hora X.

PHILIP. FRID. HANE, SS. Theol. D. et PP. Hiſt. Eccleſ. et Ciuil. Ordin. rationem vtriusque muneris, quantum in ſe fuit, vrgere non deſtitit. Sacris laboribus ipſam ſubiecit *Aug. Confeſſionem*, auguſtiſſimum Eccleſiae noſtrae purioris ſymbolum, cuius Articulum I. analyſi et demonſtratione accuratiori exhibuit, poſtquam de ejus hiſtoria, capitibusque aliis, quae ſcitu digna atque neceſſaria ſunt, quod ſatis in limine dictum erat: Iſtamque ſic, quam exorſus eſt, telam in publicis porro recitationibus ad Artic. II. et ſeqq. eadem ratione ac methodo eſt perſecuturus. Argumentum hiſtoricum, quod a *Statu Eccleſiae et Reipublicae a pace religioſa 1555 ad Weſtphalicam a. 1648* ſibi ſumſit, fide haut minori atque induſtria explanandum inſtituit, fecitque progreſſus haut contemnendos; quos et porro, pro eo, quod in viribus eſt, gnauiter vrgebit. Studium quoque priuatum poſthac ita attemperabit, vt et hic quorumuis bonorum deſideriis, et alibi eruditorum de ſe ſpei aliquid tribuat, eoque efficiat, vt tum partium ſibi demandatarum, tum promiſſorum quoque, in ſcriptis publico exhibendis factorum, fidem liberet. Publice docet ab hora IX.

D. CAROLVS FRIDERICUS Luther, Conſiliarius Juſtitiae et Archiater Ducalis, Phyſicae Dogmaticae Profeſſor Ordinarius, Aulam ſequi juſſus, *Praelectiones Phyſicas* per inſtans aeſtiuum inuitus differre cogitur.

D. GV-

D. GVSTAVVS CHRISTOPHORVS HOSMANN, S. Theol. P. P. et V. D. M. *publicis*, ſi DEus volet, praelectionibus in Theologia poſitiua, ad ductum Compendii B. D. Buddei plenius vberiusque explananda, quam diligentiſſime perget, et cuilibet capiti hiſtoriam ſubiiciet dogmaticam iuxta atque litterariam. *Priuatim* notitiam dabit omnium ſcriptorum, quibus vniuerſam Theologiam, vel ſyſtematice, vel acroamatice, hactenus pertractarunt noſtrates: auctorum pariter atque librorum ſingularia, et quid in his boni, quid malae rurſus notae ſit, ſincera recenſione, aliorumque iudiciis, ediſſertabit; proindeque domeſticas ſimul noſtrorum theologorum controuerſias, tantum non omnes, perſtringet, momentoſiores autem euoluet curateque exponet. Leget publice ab hora *quinta* in *ſextam*.

GEORGIVS FRANCK, Med. Doct. eiusdemque Prof. Publ. ea, quae medicis cum legum peritis communia ſunt, ad finem perduxit. Per hoc ſemeſtre ſpatium generationem animalium, vegetabilium, ac mineralium explicare in animum induxit, et vt eo melius hiſtoria generationis tradatur atque explanetur, experimenta quaedam phyſica, et inprimis de ovo incubato inſtituet, nuſpiam quoque defuturus iis qui in quacunque muneris ſui parte ſuam requirent operam. Docet hora XI.

12. MRZ. 1962
4. APR. 1962
24. MAI 1962
-5. NOV. 1962
22. FEB. 1964

Arch 4 272-2
Universitätsbibliothek Kiel
8$0 00 242 592 0
12. MRZ. 1962
4. APR. 1962
24. MAI 1962
-5. NOV. 1962
22. FEB. 1964

0.50

IO. CAROLVS HEN[illegible]DREYER, D. Fidem, quam in proximo lect[illegible]e dederat, expleuit. Nam praecipite anno ex[illegible]anico *de termino effectum ciuilium matrimonii a qu*[illegible]iciano praeſcripto diſputauit. In *publicis* horis S[illegible]nici argumenta, quae vſus forenſis tuetur hodie[illegible]etatus; *priuatis* ius Naturae ad negotia ciuilia a[illegible] PVFENDORFFIO duce, expoſuit; *priuatiſſi*[illegible] conſtitutionem prouincialem Sleſuico-Holſati[illegible]nationibus illuſtrauit, nil quidem prius & an[illegible] habens, quam patriae Themidi litare operam[illegible]re, quae digna eſt argumentis eius & grauitat[illegible]e ſeſe commendantibus. Quod propoſitum h[illegible]ſemeſtri premere ſecum conſtituit, tam in *pu*[illegible]us hiſtoriam iuris Romani & Germanici ad [illegible]neationis Beyerianae, quam in *priuatis* lectio[illegible]bus IO. STEPH. PVTTERI, Anteceſſoris Goe[illegible] elementa iuris Germanici explicabit. Nec de[illegible]ationibus diſputatoriis, & Fridericianam diſſe[illegible] *meditationes iuris Cimbrici & Holſatici varias* [illegible], breui ex quo prelo ea exierit, placidae ſec[illegible]um inquiſitioni ſubiiciet.

EX ORDINE [illegible]CO.

D. GOTTL. HENRICV[illegible]EGIESSER, Cæſareæ Celſitudinis Conſiliari[illegible]rdinis ſui primus Profeſſor & h. t. Decanus, Colle[illegible]ci Præſes & Academiæ Imperialis Nat. Cur. Col[illegible]hon IIdus, elapſo ſemeſtri hoc ſpatio, ad ductum[illegible]i HAMBERGERI *generalem* & *ſpecialem* abſol[illegible]*am*; partes vero reliquas, ad Medicinam theo[illegible]ientes, tempore interpretabitur æſtivo. Doce[illegible]atutina VII.

EX